Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Explicit prologus. Incipit lib. primus de pueritia bn. Bernhard. albis.

·I· BERNHARDUS castelli one burgundie oppido oriundus fuit. parentibus claris secundum seculi dignitatem. set dignioribus at nobilioribus secundum religionis pietatem. Pater eius Tescelinus miranda et legitime militie fuit. cultor dei iustitie tenax. Sagaciaque namque secundum institutam prudentiam agens. ne nimie concutiebat. neminem faciebat cahupniam. contentus stipendiis suis. quibus ad omne opus bonum habundabat. sit consilio et armis seruebat temporalibus dominis suis. ut etiam domino deo suo non negligeret reddere quod debebat.

Mater eius aalex ex castro cui nomen mons barrus. et ipsa in ordine suo applicam regulam tenens. sub dura uiro suo. sub eo secundum timorem dei domum suam regebat operibus mane insistens. filios enumeres in omni disciplina. Septem quoque liberos genuit. non tam uiro suo quam deo. ser mares feminam unam. mares omnes monachos futuros. feminam simoniacem. Deo nanque ut dictum est in secundo generis. singulos mox ut partu ediderat. ipsa manibus ipsis deo offerebat. Inter quod etiam alienis uberibus nutriendos. committere illustris femina refugiebat. quasi cum lacte materno. materni quoque mores boni infundens eis materiam naturam. Cum autem creuissent quam diu sub manu eius erant. heremo magis quam curie nutriebat. non patiens deliciarios assuescere tibos. sed grossioribus et omnibus assuefaciens. et sic eos preparans et instruens domino instante quasi continuo ad heremum transmittendos.